



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Amicitia cum Deo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO  
XLI.

AMOR DEI,

*Amicitia cum DEO.*

Amicitia duorum consistit in tribus. 1. in mutuo amore, ut amet uterque, & reamet. 2. in mutua benevolentia; ut uterque gaudeat bonis, doleat malis alterius. 3. in mutua communicatione honorum, non exteriorum tantum, sed etiam interiorum, secretorum cordis, cogitationum, & affectuum. Hæc tres conditiones inveniuntur inter Deum & animam. Ita igitur est inter eos amicitia, & supernaturalis; ita est cum DEO, ut Autore Gratiæ, & objecto Fidei, ita via, & utcum objecto Visionis, ac fruitionis in æternitate. Ergo Deus est meus amicus. O bonum in æstimatione! O fortunam felicissimam!

Quo magis thesauro habetur, invenisse verum amicum, juxta illud, *Qui invenit amicum, invenit thesaurum.* Quis igitur quid erit habere Deum pro amico? Ah evigila, anima mea, & perpende hanc veritatem. Deus est tuus amicus: ergo Deus te amat. Deus est tuus amicus: ergo Deus procurat tuum bonum, & removet mala. Deus est tuus amicus: ergo divitiæ Dei tuæ sunt. Verum est, verum est, verum est. Laetari pro tanta gratia.

Amicus debet esse tantum unus, *non ex millibus.* Non facio protinus omnem alium amicum, renuncio omnibus. Valete amici mundi. Amicus meus solus Deus. *IESUM* solam volo pro amico, amicum amantissimum, amicum potentissimum, amicum fidelissimum.

